

- 10 *civilium munerum verissimi auctoris, quantum tamen tam  
arduum exemplum ex intervall<i>o consequi//*
- 11 *posset, nihil splendidius sibi at dignitatem testimonio tanti  
praesidis, nihil gratius ad memoriam*
- 12 *amore nostro esse // crediderit, seu nos ab solitis iniuri(i)s  
pecorumq(ue) iactura la<e>niter quidem et sub imagine  
suae quietis vindicando seu in rati(onibus) p(ublicis) //*
- 13 *et disceptatorem nec dissolute benignum et iustum sine acer-  
bitate praebendo, et quaestiones pari hominum*
- 14 *ac r(ei) p(ublicae) iniuria //tenebris vetustatis obscuras saga-  
citer inlustrando, pure diiudicando, seu*
- 15 *municipium infestioribus locis maximo // murorum opere  
minimo sumtu ambiendo, seu annonae avaris difficultatibus  
ex copi(i)s armaturae suae*
- 16 *plurima at nostram// utilitatem nihil at militum damnum  
commodando; iam quae bona animi essent verissimi ultra  
praecedentium*
- 17 *finem mo//deratum, verecundum, mitem, pudicum, ordinis  
reverentem, populi amantem, sui diligentem,*
- 18 *ita liberam copiam silvarum//et agrorum praebuisse ut pro  
tutela operantium frequens excubaret, ita in cetera omni  
elegantia vitae [a]equa-*
- 19 *bilem egisse // ut promiscuo usu rerum omnium occasione bene-  
faciendi non potestate praecederet, atque*
- 20 *eantem comitatem praesenti dexte-//ritate iucundam futuro  
post exemplo salubrem experiremur — pro quibus rebus  
ac meritis et pridem nos Sulpicio Felici!//*
- 21 *decurionatum, gradum duumviralem, quot tunc oplimus praeses  
libenter audierit decrevisse, et*
- 22 *nunc nominato successore//cum probrinquom eius discessum ita  
trepide cogitemus ut instantis desider(i) conscientiam  
plenissima spe processu<a>m//*
- 23 *eius vix lenire possimus, placere erga talem virum non volgata  
decernere, cum is non*
- 24 *volgata praestiterit, deprecariq(ue) prae-;sidem indulgentis-  
simum et praefectorum su(o)rum quos ipse laudabiles faciat,  
laude et laudatione*
- 25 *laetissimum ut in qua re // grati esse volumus, faveat nobis  
permittendo statuan ponere praefecto [s]uo, condecurioni  
n(ostro), civi egregio, ne amittamus!;*